

Credo in unum Deum,  
Patrem omnipoténtem factórem  
cœli et terræ,  
visibilium ómnium et invisibilium;  
et in unum Dóminum Jesum Christum  
Fílium Dei unigénitum,  
et ex Patre natum ante ómnia sæcula,  
Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum  
verum de Deo vero;  
génitum, non factum, consubstantiálem  
Patri, per quem ómnia facta sunt;  
qui propter nos hómines et propter  
nostram salútem descéndit de cœlis,  
et incarnátus est de Spíritu Sancto ex  
María Vírgine; et homo factus est;  
Crucifíxus étiam pro nobis sub Póntio  
Piláto, passus et sepúltus est;  
et resurréxit tértia die secúndum  
Scriptúras ;

et ascéndit in cœlum, sedet ad  
dékteram Patris,  
et íterum vénturus est cum glória  
judicáre vivos et mórtuos, cuius  
regni non erit finis.

Et in Spíritum sánctum Dóminum et  
vivificántem; qui ex Patre filióque  
procédit,  
qui cum Patre et Fílio simul adorátur et  
conglorificátur; qui locútus est per  
Prophétas.

Et unam, sanctam, cathólicam , et  
apostólicam. Ecclésiam,  
confíteor unum baptísma in  
remissiónem peccatórum  
et expécto resurrectióne mortuórum,  
et vitam ventúri sæculi.

Amen.